Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



56

de persequentibus me iudicium Declinauerunt inimici mi qui
fabulationes sed non ut lex tua Omnia mandata tua
veritas mea persecuti sunt me adiuua me Paulominus
consumauerunt me in terra ego autem non dereliqui mandata tua
Secundum misericordiam tuam viuificabis me et custodiam testimonia oris
tui In eternum domine verbum tuum permanet in celo In gene
ratione et generationem veritas tua fundasti terram et permanet
Ordinatione tua perseuerat dies quoniam omnia seruiunt tibi
Nisi quia lex tua meditatio mea est tunc forte periissem in
humilitate mea In eternum non obliuiscar iustificationes tuas
quia in ipsis viuificasti me Tuus sum ego saluum me fac
quoniam iustificationes tuas exquisiui Me expectauerunt
peccatores ut perderent me testimonia tua intellexi Omnis
consumationis vidi finem latum mandatum tuum nimis Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio
mea est Super inimicos meos prudentem me fecisti man
dato tuo quia mihi eternum hoc est Super omnes docentes me in
tellexi quia testimonia tua meditatio mea est Super se
nes intellexi quia mandata tua quesiui Ab omni via ma
la prohibui pedes meos ut custodiam verba tua A iudi
tis tuis non declinaui quia tu legem posuisti mihi Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo A
mandatis tuis intellexi propterea odiui omnem viam iniquitatis
Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis me
is Iuraui et statui custodire iudicia iustitie tue Hu
miliatus sum usquequaque domine iuuifica me secundum verbum
tuum Voluntaria oris mei beneplacita fac domine et iudi
cia tua docce me Anima mea in manibus meis semper et
legem tuam non sum oblitus Posuerunt peccatores laqueum
mihi et de mandatis tuis non erraui Hereditate
acquisiui testimonia tua in eternum quia exultatio cordis mei